

92<sup>o</sup> 16

#

THESEVS  
CLIMACTERICVS  
PEREGRINVS.

AD LARES PRINCIPIS AVGVSTI,  
Excel. D. D. Gasparis Alphonfi Pe-  
rez de Guzman el Bueno,  
Comitis Nebulésis, Methimnæ Ducis  
primogeniti, Oceani maris, ac Be-  
thicæ Provinciæ Præfecti  
Generalis,  
Ac potentissimi Hispaniarum Regis  
Cubicularij.

A V T O R E

DOCTORE GASPARE ALVAREZ

*Caldera, Comitis Nebulensis olim Medico, nunc*


*Carmonensi.*




HISPALI.

---

APVD FRANCISCVM DE LYRA. ANNO DOMINI  
M. DC. XXXIII.





EXCELLENTISSIMO  
 Meccœnati meo D. D. Gaspari Perez  
 de Guzman el Bueno, Comiti  
 Nebulensi, &c.

**Q**UONIAM dicatio in laudem ferè semper cedit pò-  
 steritatis; alijs enim laus cedit in patriam, quãdo  
 illa minus indiget patria; alijs in stirpem; officia,  
 stemmata, & honores alijs admirantur; ac omnes  
 ferè, fortunam. Hos accusat moralis sapientie Primogenitus:  
 Nemo enim in nostrã gloriam vixit, neq; quod an-  
 te nos fuit, nostrum est: quin imo laus ipsa fit orientis ho-

Senecã  
 epist. 44.

*noris antipoda; hoc autem tibi gliscit, quando tibi debetur: nam  
 in te oriens tendentem ad occasum superat sapientiam. Num-  
 quā victus, nec unquam infractus animus antiquum splen-  
 dorem, maestas superat maestatem, ac fortuna ad pedes Ex-  
 cellentiæ tuæ prostrata usque ad servile obsequium meretur ser-  
 vilitatem alijs, tu solus tibi equalis, & superior, tibi labores  
 lito, & non posteritati; (Nam omnia sicut mortales ti-  
 memus, & sicut mortales concupiscimus.) Quoniam  
 quod alijs iure d. betur, tibi natura, & iure, tibi volui, alte-  
 ri non debui; dico quod tuum est, & offero quod meum, labo-  
 rem scilicet, & sapientiam; quoniam sicut amorē sequitur gra-  
 titudo, sic maestas allicit observantiam; & beneficium etiam  
 ferre sentiunt. Accipe ergo Primogenite Comitum, & Comes  
 primogenite primitias fortunæ nostræ, pro aludium fortasse ali-  
 quādo felicioris, ne natus, vix adhuc nactus à lacrymis vi-  
 tam auspiciari videatur, nomen impone clientuli filio Benia-  
 min. & non Benoni, quoniam lacrymas si non fundit, inge-  
 miscit doloris filius.*

Seneca li-  
 bro de  
 brevitate  
 vitæ.

Seneca  
 lib. 2. de  
 beneficijs

Bëjamin  
 filius dex-  
 tre.

Benoni  
 autem fi-  
 lius dolo-  
 ris.

## LECTORI.

**E** pluribus autoribus plurima, à veteribus selecta, & à recētiori-  
 bus veriora, meo genio in commentarium redegei; nō pauca, quæ  
 indefessus labor potuit invenire, tanquā qui in mea arena, proprioq;  
 mee professionis studio mihi videbar versaturus, cū enim memoria  
 etiam cum ætate consenscat, ideo in subsidium labentis, hæc velut in  
 promptuario reservare decrevi; nam ætas sibi ipsi quotidie impotens  
 redditur, paucis reduxi calculum, donandus rude, & hoc cursu con-  
 tentus, alij quicumque volet operis vices capessere, lampada tradidi;  
 me quidem huius operis non admodum adhuc pænitet, ut aliàs dixit  
 Erasmus, ut qui mihi puerilium studiorum iam obsolescentē memo-  
 riam aliqua ex parte renovarim, aliquatenus vela colligere non solū  
 decens, sed necessariū duxi, nam in alieno negotio cōsensescere, ma-  
 gnamq; vitæ partem insumere, id neque decorum mihi, neq; calūnia  
 cariturum existimabā, & utinam ita floridum sit hoc litterarū genus,  
 ut labor iste noster tanquam supervacaneus meritō cōtemnatur; sed  
 nostræ nationis desidia, negotiorum multitudine, laborū aversio, præ-  
 miorum privatio, & ardelionum congeries ita homines reddit igna-  
 vos, & ad laborē desides, lucri cupidos, & amantes otij, ne dicā igna-  
 viæ, ut potius scientiæ præcipitium quam frugi speremus, alius enim  
 solo victu contētus incedit, famā alius, & alter plaudente fortuna; ille  
 principis aula, hic elatus, & depressus ille, & nullus indefessus labore  
 doctrinam sequitur, suum cuiusq; geniu, & non altius quisquis enim  
 sibi maxime placet, ita ut eō ventum sit miseræ, ut dicat Erasmus ex  
 Laertio, cui non fidendum soli, ei nihilo magis fidendum in turba si-  
 miliū; nec enim refert quā multi sint, sed quā graves, & veri; *Nū-  
 mus enim adulterinus etiā in quantūvis magno acervo, adulterinus est:* quod  
 ideo fere contingit, quia sicut oves eandem sequuntur semitam, non  
 laboriosum, sed elaboratū feligētes, & qui alios sequuntur malè iter  
 ingressos, nō habent excusationem si à publica erraverint via. Siquis  
 aliam sectatur, calumnia non solum carpitur, sed conteritur. Laborē  
 gratis dāmus, & utinam hæc laboris portio tantum utilitatis adferat,  
 quantum mihi parum attulit voluptatis, hoc unum habet præclarum  
 ut si quis antevertat, nostriq; castiget, huic multam gratiam habituri  
 simus; tantum aberit, ut nobis iniuriam esse factam putemus. Et utinā  
 tali semitate sint exarata, ut ne quid momis reliqui fiat, quod queāt  
 carpere, quod nobis polliceri non licet, licet bene hoc aliud ingenue  
 dicere, quod ignoramus. Et si quod factum in veniatur, nemo dicat  
 quod veteribus illis novas affiximus ansas, fasciculus enim nō ex flo-  
 re, sed ex floribus conflatur, quæ didicimus, ingenue fatemur, non  
 negavimus furtivum; *Nolle enim legere eos, qui nobiscum trahant argumen-*

tum commune, turpis est arrogantia; dissimulare cum legeris turpius est ambitionis, inficiari beneficium, turpissima est ingratitude, sicut dixit Erasmus in proœmio ad hyliadas; è rebus arduis elegimus selectas, ut pote, quas ob rei difficultatē, nec recētiorum importunus labor assequitur, nec veterum diligentia satis fuit, ac propterea illorum calculis nostrum adiecimus, ut liberalis cursor accensa lampade felicior auspicijs metam attingat.

Huius Dædalæ difficultatis inventor, nec primus, nec solus exiti, illius tamen auscultationis Theseus alter, ut pote qui huius climacæ ac fatalis necessitatis per annorum septena labyrinthum aggredior per occultas & peregrinas vias peregrinus in ore commendationem portans & protectionem in fronte: Nam cum amicis, & cognatis careat, ut ait Plato, maiorem apud Deos, & apud homines meretur misericordiam, quare, qui magis ulcisci potest, ad ferendum auxiliū est paratior. Diligenti igitur cautione cogitandum, cuiq; ut innocens ab iniuria semper vivat, ad peregrinos enim sanctissima sūt: fœdera quisq; cogitet; omnia enim cōtra illos peccata ultori Deo curæ sunt. Quare nullus in supplices sceleratus impunitus abit, quanto autem honore dignus sit, qui supplices tuetur, sic prosequitur Plato, honorandus certe est, qui nili iniuriatur, ac duplici honore, qui nec alios, id facere patitur; qui autē unā cum magistratibus iniuriam quoad fieri potest ulciscitur, is magnus perfectusq; in civitate vir præconio prædicetur; ad hoc enim omnis tevetur, sed multo magis sapiēs: hoc Plato lege sanxit, hoc unū oro, ut quid profecerim, viderint incorruptionis censuræ ingenia, nō ignara quā magno periculo in hac arena ludatur, nam licet abundet mōis, scateatque fucis nostra ætas, & non desint qui.

Ingeminēt tremulos niso crispate cachinnos, ut canit ille vates inter nobiles cogitent vitiligatores facillimū esse dentibus carpere; sed mellificare, & laborare, non ita, inertis enim, & vile videtur, quod quædam factitant animalia ne possint inveniri; quæ vestigia circa cubite confundunt, alioquin non deerunt, qui persequantur, nam multi aperta transeunt, ut lamentatur Seneca, & abstrusa rimantur, fures signata sollicitant. Vile videtur quidquid patet, & aperta efractarius præterit; in cuius commētario notat Lipsius: hos mores habet populus, & imperitissimus quisq; hoc tamen nobis erit solatium, quod alta petit livor, perfiant altissima venti, ut canit Poeta; Nec est ulla sine labore virtus, ut ait Seneca, hęc tamen vilis sectatur hostis, nam alit livorem infelix inertia, sed invidio satis supplicij est invidia. Vetus est illud Pythagoræ symbolum, Cor ne voret, nā ut Iamblicus ait, invidus adhuc cordi suo non parcit, hunc Martialis summæ damnavit miseræ.

Omnibus invidæa livide, nemo tibi.

Dialogo 5.  
de lege.

Epist. 68.

Lib. de vita  
beata.

# THESEI CLIMACTERICI.

## CAPVT. I.

### *Numerorum origo, & energia.*



L V V N T horæ, dies, menses, & anni, & tēpus præteritum nunquam reuertitur, nec quod sequatur sciri potest, in quocumq; momento periculū natura deputavit, sed certis quibusdam magis voluerunt veteres sapientes. Per peccatum mortem indixit Altissimus, veruntamē, fatali, & indefesso cursui notas affixisse, antiqua voluit observatio; ab hinc enim duo annorum millia, vel per traditionem, seu in fide Parentum medicinæ, concordat apud omnes suffragio recepta est fatalis, & climæca imparis numeri computatio in morbis per septenos dies; in mensibus par periodus, partus quippe sc̄elix imparitate; ac in humano cursu pariter defluit. ætas per annorum septena, iactata undique sc̄elicitate in imperio per annorum hebdomadas.

Pythagoras cuiusvis scientiæ gnarus circa Geometriã plurimum insudavit, quæ ob eius inundationes, quæ tumidus rigat arva Nilus, necessariam invenerunt habitatores: theoremata autem multa ab Aegyptijs accepit, alia à Chaldeis, à barbaris nō pauca: licet, alij dicāt quod ratiotinia, & numeros a Phœnicibus. Hinc imparis numeri talis emanavit commendatio, ut adhuc per illum in Dei cognitionem via pateat, testis est Iamblicus, hæc erat illius philosophiæ summa; ac ideo illis erat preciosa Medicina, & Musica, quam apprimè ante omnia sanitati conducere prædicabant, quia erat utriq; bella numerorum consonantia; hæc dicebant prudentiam, hæc erat illis regni concordia, rei publicæ gubernatio; ac per illam privatam cuiusque vitam ad divinum exemplar referebant; hinc Deorum cultus, dicebat inde Pythagoras: *Quid iustissimum? sacrificare, quid sapientissimum? numerus, & apud Deos. & apud homines medicina, quid pulcherrimum? harmonia; quid perfectissimum? scientia, quid fortissimum? sententia; & quid optimum? sc̄licitas.* Quia illis optima numerorum concinnitas hominum perturbationes diathonicis numeris sedabat, & ad virtutem plectro, & lyrà excitabat, cælestium spherarum harmoniã imitatus; ac ideo Pythagodyris.

*In vita Pythagoras.*

ras beneficio hominibus advenit, ut exclamavit antiquitas; id circo sub humana forma, ne novitate homines perturbarentur, ac doctrinā eius refugerent, Theologiam, ac rerum sacrarum leges per numeros docebat, ratus hanc puriorem existere, ac diviniorem cognitionem, ac cælestibus Deorum numeris magis propriam, aptioremque Abadytis ingenio. Erat enim is Apollini sacer Vates, & Magia peritissimus, qui cum Pythagoram adiret, illi arcum donavit, quo flumina, montes, maria, & cuncta in via facile trajiciebat; dicebat tãdem quod sacra per certam numerorum proportionem efficacia ad operationes reddebantur ac tantum numeris detulerunt Pythagoræ successores, ut musicæ consonantiæ propter numeros tanta inesset virtus ut animi, ac corporis insanabiles ægritudines pertanare potuerit. Homerus etiam, Tartari potestates, Orpheum musica suspendisse, enarrat, & in mari thracio Delphinum Plinius, & Amphionem lyræ dulcedine lapides attraxisse, ac illustrè edificasse Thebadem; ut Chorintij, & Lesbij ceterarum sicut pro in Delphinum gratitudine, celebre in Africa extat sanum in promontorio Ténaro ad Delphinis memoriã, qui Ariona ad mare projectum liberavit, ut inter mirabilia Solioi invenitur, & inter Pythagoræos Poetas, qui Orphei musica, arbores, feras, & lapides allici tradiderunt, unus fuit Ovidius.

Herodotus  
lib. 1. clio.

Cap. 11.

*Qua postquam parte recessit.  
Dysgenitum vates, & filia sonantia movit.  
Vmbra loco venit.*

Et Virgilius 4. Georgicæ.

10. methamorphos.

*At cantu commotæ Erebi de sedibus imis  
Vmbre ibant cœnues: simulacraque luce carentum:*

Et rursus.

*Cocytj, tarda que palus & innabilis unda  
Attagat, & novies styx interfusa coerctet.*

Cap. 16.

Idem canit Horatius, idem Comicus Seneca, ac tandem Manilius & lib. 1. Regum legitur, Davidem, Saulem furore concitum musica tranquillasse, de Pythagora etiã refert Iamblicus spondæo quondam ritmo per tibia extinxisse cuiusdam pueri furentis rabiem nocte irruentis ad amicam, à rivali possessam, & fores domus incensuri. Sic etiam Empedoclem enarrat pacasse musica furorem adolescentis, qui stricto ense Architem hospitem Empedoclis persequabatur occisurus. Iram etiam temperare, concordem musicam novit Puntarchus, ac eadem sane de causa Lacedæmonij, cum ad conflictum irruendum erat, conabantur milites musica consonantia demulcere, ne

Lib. de temperat. iræ.  
Et Solinus de mirabilij mundi. 56.

furia



furia periculi temerario impetu ruerent. Et in hoc Empedocles inter omnes in movendis sono, & concentu præcordijs, & quo voluit fle- & ædis illustrissimus extitit, Pythagoræus ut pote, qui fertur exco- gitasse innumeras proportiones, & organa musica non pauca, ut te- trachordum, pentacordum, & monachordum.

Testatur Androcya in volumine de symbolis Pythagoricis ab Orpheo Pythagoram omnem numerorum characterem accepisse (erat enim Orpheus inter Aegyptios sapientissimus; & ipsi huius sapien- tiæ inventores, apud quos per numeros divinæ sapientiæ exemplar ad invenit) ac de illis instituisse sermonem, quem sacrum cōscripsit, numerique substantiam sempiternam esse, principium item cœli, & terræ, ac mediæ naturæ proclamavit, (fabulosum sane somnium) ac tantum numeri imparis perfectionem Deorum placitis placuisse, ut ad sacrificandum Apollini, quo daret vaticinia, ex numeris trinitas foret seligenda, ex primo numero ut perfectiori; qui teste Pindaro per terras, & plana perpetuò geometrizzabatut, ac supercœlestia inde- fessè contemplabatur, symbolicumq; & breviliquum affectans, aie- bat in numero omnia lucere, ac cœlestes sphaeras rapido cursu, musi- cam edere & concentum efficere auctundissima harmonia, (fabrorū malleis parum congrua æmulatio) eum sequitur Plato in Timæo, & Tullius in libro de Somno Scipionis.

CAPVT. II.

*Imparis numeri, virtus & dignitas.*

**P**rimum genus Theologicum ad patefaciendam essentiam Deo- rum per numeros mathematizabat, per illos scilicet, qui Dijs ma- gis cognati erant, ex quibus circulum intelligibilem secundum nu- merum Idearum fabricabat, talis certè est circulus; cū sit necesse om- ne optimum proportione, & concinnitate mensurari; optimum verò ut tale necesse fuit, constitui ex perfectiori numero disposito ad hanc concinnitatem, atqui numerus impar, & continet unitatem, & indi- visibilitatem, & durationem, & æternitatem, ergo divinæ essentiæ symbolizat.

Fiat ergo secunda demonstratio: in vera philosophia omnium par- tium mundi certus est numerus; nam continet regionem mobilium & corruptibilem, vel mobilem & incorruptibilem; vel immobiliū & incorruptibilem: primum invenitur per numerum quaternarium quod minus continet perfectionis, cum includat divisionis princi- pium,

pium; id quod est in creitus causa, utpote quatuor elementa. Secundum autem per imparcm invenitur, sed pari mixtum; continet enim septem orbcs cœlestes qui Planetas septem circumferunt. Tertium autem invenitur per numerum perfectissimū, unicum, & indivisibilem, nam continet cælum Empyreum, perfectissimum impar.

Ab intrinseco hoc etiam demonstratur, nam in toto omnis perfectio à forma dimanat, ac ideo naturaliter materia appetit formā; sed numerus impar est forma, unitas, & principium; materia autē pluralitas, & principium divisionis, quod impari nō contingit, ergo quid nobilius est impar.

Hoc patet inductione, nā ternarius continet unum, quod est principium, & forma, & duo, quod est principium divisionis, & materia; & hæc est ratio quare septimus tantam acquirat perfectionem, nam constat ex tribus, & quatuor tanquam ex materia, & forma, qui ambo sunt totum in genere numeri, & perfectum unum quodq; in suo genere; & ideo in sacris, & humanis litteris pro numero ponitur infinitum, quia continet perfectionem omnium numerorum.

Cuius rei gnarus Homerus sapiētissimus, ut interpretatur Cælius Rhodiginus, (id quod postea ad verbū Virgilius trāscripsit) se licet a tem precatur summam, in perpetuumq; duraturā, dicens, *Q. terq; quaterq; beati*, quoniam ternarius, & quaternarius facit septimum.

*Ænci.*

Hoc idem resonat in Musica, nam si Diatessaron per sesquiterciam multiplicetur, optima fit consonantia; & Diapente, per sesquialteram: sed Diapason per duplā proportionem ex sesquitercia, & sesquialtera, fit omnium perfectissima inclusa in diapente, & diatessaron, unaquæque ad diapason, nam continet tantundem, & duplum magis; quoniam vox humana dum ab uno sono progreditur, diversa semper sibi reperitur, quousq; ad octavū ascendit, ubi sibi similis est, & iterum redit ad primas consonantias, ut ad Hermetis trutinam præstat Arithmetica, & Augustinus dat probatum ad sensum.

## CAPVT. III.

### *Perfectio septenarij.*

**D**E huius septimi perfectione solemne est illud; Macrobij testimonium; *hic est numerus perfectionis, quod solus ex omnibus, qui denario sunt minores, nec ab alio gignatur, nec alium gignat.* Quare Peripatetici hunc numerum virginem vocitarunt, & in voce græca veneratio, & excellentia nomini correspondet, ac proinde summus ille Pla-

to autorem nature Deum animam ex septem portionibus conflasse in Timæo scribit.

Antiquissima est Varronis septenarij numeri commendatio in libro, qui inscribitur *Hebdomades*, vel, *de septenarij numeri imaginibus*: *Is namque numerus*, inquit, *Septentriones maiores, minoresque facit in celo.* Item Virgilius quas Pleiadas vocant. Neque etiam Zodiacus septenario numero caret. Iacturus etiam, & pericula non solum vitæ, sed etiam fortunarum, gravissima fieri septenis ex Varronis sententia tenet Gellius.

Ex quo autem eius perfectio? Pythagoras speciosè magis, quàm decenter ad consonantiæ harmoniam reduxit, cum ex hoc numero perfectissimo Diatessaron constituitur, quæ secundum Platonem optimæ reipublicæ est imago; alij verò septemplici Lunæ motu seducti, illius perfectionis Lunam dederunt in autorem: septimo enim facies eius apparet semiplena; bis septimorotunda, vigesimo primo semidefecta; & vigesimo octavo defecta ferè nascitur, ut in bis septè duplicatis cursum peragere videatur.

3. *Atticarum*  
cap. 10.

Philo autem in libro de Opificio Mundi in proœmio ex perfectione septenarij, lunæ cursum perfectissimum edidit platonizat, nã numerus 28. Lunaris cursus est methodus, quoniam in vera computatione 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. efficiunt 28. qui resultat ex septenario, qui est omnium perfectus, per singulas partes deductus, unde nõ numerus à luna, sed à se ipso perfectionem accepisse tradidit, & alijs impartiri.

Ternarium autem prima commendat unitas, indivisibilitas, causa, forma, & principium, ac eius potestatis antiqua est Preceptoris nostri sententia, & Tullij in libro de Divinatione: de eodem Virgilius.

2. *epid. s. 6.*  
6. *text. 17*  
1. *Georgice*

*Ter sunt conati imponere Pelio Æsam:*

*Ter pater extractos disiecit fulmine montes.*

Et Horatius.

*Ter se resurgat murus abœneus*

*Autore Phœbo, ter pateat meis!*

*Excissus Argivis, ter uxor*

*Capta virum, puerosque ploret.*

Ter maximum dicimus, ter beatum pro numero perfectionis infinito, & Ovidius, *O ego ter felix*, sicut & Virgilius, *O terque, quaterque beatæ*: ac Trinitatè, ut orientem totius perfectionis rerum omnium, mensuram fore Pythagoræ aumni voluerunt; Marsilius est auctor. *Ob eã igitur rationem*, inquit, *Deus, ternario numero res gubernat*; ac res ipsa ternario numero terminantur, hinc Maronis illud: *Número Deus impare gaudet*: nempe summus ille author primò singula creat, secundò rapit, & tertio perficit; singula quoque ab illo perenni fonte effluunt dum

8. *methamorphos.*  
1. *Aeneid.*

nascuntur; deinde in eundem refluunt, dum repetunt originem, ac tandem in suo principio perficiuntur.

7. confess.  
cap. 9.

Hoc Vaticanus Orpheus, Iovem principium, medium, & finem vocitavit more gentilico, quod etiam Plato, (fortasse divina lege instructus) in summa, & unica divinitate, Trinitatē personarum distinxit, ut testis est Augustinus. Hinc Deum tribus nominibus appellavit; bonum, pulchrum & iustum; bonum, ut creat; pulchrum, ut allicit; iustum, ut perficit. Pulcritudo igitur, cuius allicere proprium est, inter bonitatem, iustitiamque locatur, á bonitate quidem effluit, & profluit ad iustitiam.

Binarius autem numerus est infaustus; unitas enim in eo incipit dividi quod causa corruptionis est, ut non invenitē explicatur à Damiano Platónico; hoc non sine dolore experitur respublica. Omne enim regnum in se divisum desolabitur. Unitas vero contraria, ac penē divina virtus, rebus infra naturam maximē fovet, sanitatem corporibus tribuit, animo virtutem, domibus, & civibus pacem, & amicis conspiratum. Monarchia, quā Aristocratia, & Democratia est excellentior, quia imperium ab uno melius gubernatur, ac tandem unum versum dissipari non permittit; Dualitas verò iam omninò degenerans parit contraria, corporibus tribuit ægrotudinem, civitatibus seditionem, animis malitiam, domibus dissidia, religioni perturbationem, ac tandem orbi dissipationem, quantum est ex se, quoniam omne malum ex dispari oritur voluntate.

Propterea Pythagoras parem numerum, indigum, imperfectumve esse demonstravit, impari vero secundum, perfectum, & felicē, hunc marem, & illum fœminam, quia Impar validior cum sit, Pari mixtus vim suam, & virtutē perpetuò servat, & Pari impertitur; Par vero Imparem nunquam producit, quare philosophantes Pythagorici septimo, & nono mensi felix omen addixerunt, (abdicantes octavum) utpote qui constat ex mare, & fœmina, quinario scilicet, & quaternario fœcunditatis alumnis, cuius defectu octavus mensis infelix iudicatur, quia fœmina cum sit, ob maris defectū nil producit, constat enim ex duobus quaternarijs.

Denarius vero quia dat ultimam complementum omni numero, & omnis numeri perfectionem continet, ideo ex paribus nobilior cęsetur, non enim solum constat ex paribus; r. d. d. n. s. q. Aristoteles rationem, dixit: *Quia omnes nationes politicae, & barbarae usque ad decem numerant, exceptis Thracibus, qui more puerorum obliiti quatuor solum attingunt.* Est solus decimus ex mare, & fœmina conflatur, nam continet. 1. 2. 3. & 4. qui sunt decem.

10.

Hec

Hæc imparium perfectionem comprobant, cui legi in perenni vi-  
 tæ cursu tatum detulerunt veteres Sapietes, ut ob hoc solum in mor-  
 bis per impares dies crises accidere ratu putaret; in partu per men-  
 ses, sicut & in hominis opificio per hebdomadas. In climacteribus  
 per imparia annorum curricule, & Imperio per impares annorum  
 quadragenas; quoniam quantum humana natura cætera animantia  
 nobilitate, ac perfectione superat, ne supra modestiam superbiret; ta-  
 tum altissimus infinitis propemodum mutationibus obnoxiam esse  
 constituit ex æternitate.

C A P V T. IIII.

*Morborum climaces, & gradus Aetatum.*

**I**N morbis esse quasdam ætates à medicis lege sanctum est, de quo  
 Galenus integrum scripsit librum. Sic etiam, & hominis etas qui-  
 buldam gradibus distinguitur, & sicut ille per septendium idest sep-  
 tenos dies designantur, sic isti per septennia idest annos septenos  
 computantur; & quemadmodum illa ultima dies vocatur decreto-  
 ria, sic ille annus ultimus crifimus, ac fatalis, quo ut plurimum, (li-  
 cet non necessariò) hominum vita necis, aut morbi certamen experi-  
 tur, quod quidam ad fortunæ iacturam extendi voluerunt, quod an-  
 tiqui rerum naturalium scrutatores ratione, & experientia didice-  
 runt, arrepta fortasse occasione à legibus, quas Deus stabilivit in Ge-  
 nesi: *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est,*  
*erunt quoque dies illius 120. annorum,* &c. quod idem in Ecclesiastico, &  
 psalterio stabilivit.

Cap. 6.

Cap. 18. &  
 psal. 36. &  
 89.

Epist. 12.

Annos Climactericos vocavit antiquitas scalares, cū sint hi anni  
 velut gradus humanæ vitæ, & quali fatalis moriendi fines, diebus de-  
 cretorijs non absimiles, ut Dialogo de natura dixit Plato, sed cla-  
 rius Seneca: *na dies, inquit, gradus est vitæ, tota atas partibus constat, &*  
*orbes habet circumdantos, & aliquis, qui omnes ætates complectitur, & cin-*  
*gat à naturali ad diuinum extremum. Est alter qui annos adolescentiæ excludit,*  
*est qui totam pueritiam ambitu suo astringit, deinde ipse annus inter se omnia*  
*continens tempora, quorum multiplicatione vita componitur.* Ac ideo Poe-  
 ta dixit.

*Vixi, & quem dederat cursuum fortuna, peri.*

Et Ovidius.

*Stat sua cuique dies; breve, & in eparabile, tempus*  
*Omibus est vita.*

Quos

Quos vere decretorios, climactericos, ac fatales adinvenit antiquitas, scianfilii lege occidua, septenario ascensu computavit, ut 7.14.21.28.35.42.49.56.63.70.& 81. dicitur etiã climactericus scalaris, quia Græci hac dictione, climacteras, scalarum gradus designabant. Unde numerus climactericus dicitur, ad quem per climaces, idest scalas, seu gradus veluti ascendimus. (Descendere, melius diceremus, si ad obitum terminatur ascensus) qualis est numerus, qui per septem, aut novem novenarios resultat, nam unitas ter sumpta cõficit ternarium; ternarius autem in se ductus, hoc est, per tertium multiplicatus, novenarius, novenarius autem novies sumptus, 81. & septies multiplicatus 63. quos ultimos fatali calamitate primos, invenerunt auctores. quippe qui raro sine vitæ, aut fortunarum iactura soleant transigi. Notũ est illud, quod Diogenes Cynicus, Dionysius Eracleotes, & Eratostenes geometra anno 81. obiisse feruntur, quod ideo voluit pythagorica autoritas, quia harmonia utriusque numeri per integram sui multiplicationem finiatur.

*Colloquio  
4. predi-  
ctionis phy-  
sica.*

Omni litterarum genere versatissimus Maiolus huius anni fatalis genera duo constituit, qui quasi articuli quidam, seu flexus sint ætatum, in quibus ad sequentis temporis constitutionera ille se se vertat, & inflectat, quorum primi à septimo colliguntur, ut prædicti, & ij hebdomadici, & climacterici vocitantur; alij vero à nono accipiunt ascendentiã, quos vocavit antiquitas Enneaticos, & Intercalares, si bene Heroicos aliquando, quia heroum sunt sepulcrum. Hæc est illorũ series 9.18.27.36.45.63.72.81.90.99.108.117.126. ac inter omnes fatalis calamitatis insidiosum super omnes iudicant, 63. quoniam septem & novem in se ductos complectitur, ac ideo omnẽ numericam harmoniam comprehendit.

*2. epidem.  
sect. 6. tex.  
13. 15. &  
16.*

Huius fatalis ascendentiæ climacas noster Præceptor etiam novas fecit, nam inter dies, ac menses, quos numerat legitimos, annos etiã vult adesse legitimos. Quos Vallesius climacos esse ratus, ideo dixit, quia insignes mutationes vitæ hominũ solêt afferre. Hoc etiam nos videtur natura docuisse per insignes, ac manifestas mutationes, quas à prima hominis formatione ad vitæ ultimum colophonem solet concitare. Antiquissima est illa Varronis sententia, quod semẽ septem diebus comprehenditur; septem figuræ redditur capax; ter septimo spina, & caput informatur. Duplicatis bis septem totus absolvitur homo; septenis mensibus nascitur, septimo mense dentescit, septimo anno puerafcit.

Vis septimi in cælo etiam viget, ac lucet; septem sunt Pleiades, epicycli septem errantes planetas septem circumferentes, ut quorundam

fundam est sententia; tamen si quidam abnuant neotericis: septem po-  
 los esse dixit Aristides Samius, qui in duos ultimos terminantur. *lib. 3. Atte*  
 Testis est Gellius, nec ipse Zodiacus septenario caret numero. Nam *ar. cap. 10*  
 in septimo signo fit solstitium ætatis à bruma, in septimo brumæ ab-  
 æstate, in septimo æquinoctium veris, & in septimo autumni. Hoc  
 numero Tibullus summam fœlicitatem precatus, dixit;

*O mihi facitem terque quaterque diem.*

Et hæc est causa quare ab antiquis septem tantum convivæ ad-  
 mitterebantur, quia hic numerus plenus, ac iustus credebatur; unde  
 erat paræmia, septem convivium, novem convitium, ut auctor est  
 Mendoza, Alciatum sequutus. Alcyones hyeme septem diebus in  
 aqua nidificat, Lunæ curriculum septies capit septem: terminus ado-  
 lefcendi septem pedes amplectitur; discrimina periculorum in mor-  
 bis per septem computantur; quibus inedia mori consilium est, se-  
 ptimo demum die mortē opperunt; septem sunt orbis miracula, se-  
 ptem Sapientes celebravit vetustas, ac tãdem vox humana cū ab uno  
 sono progreditur diversa semper reperitur, usque ad septem, & cum  
 ad 8. ascendit sibi similis est; ac ideo redit ad primas consonantias.  
 ita ut septimo perfectissima resonet harmonia; ætates omnes septimo  
 natura claudit numero. Sacerdos septem numeris loquebatur ad po-  
 pulum, ut Muro 6. Eneid. cecinit.

*lib. 8. Sa-  
 turnal, de-  
 cad 9. cap.  
 4. lib. 11.  
 parergon.  
 cap. 11.*

*Necnon Threijcius longa cum veste Sacerdos,  
 Obloquitur numeris septem discrimina vocum.*

Septem ætates, septemplicin numero hoc poema describit.

- 7 *Infans septenos postquam compleverit annos;  
 Producti dentes mirus & oris erant.*
- 14 *Post si septem alios Deus hinc concesserit annos,  
 Fit pubes, nato femine nomen habens.*
- 21 *Est juvenis cum septem alios concesserit annos,  
 Et longo genas, primaque barba tegit.*
- 28 *His addas septem virtute, & nomine clarus.  
 Est vir, & hæc ætas optima robur habet.*
- 35 *Adjiciis alios septem, volet esse maritus.  
 Et memor arcana posteritatis erit.*
- 42 *His alios iungas septem, prudentia pectus.  
 Ornabit, studium, nec levitatis erit.*
- 49 *Anumeres septem, gravitas erit inclyta lingua:  
 Septem alios, lingua congruit ingenium.*
- 56 *Adde novem rursus, cum septenarius ipse est.*

*Perfectus vires sed nimis interimit.  
 Scilicet bis annis multi periere duobus.  
 Quoni in laus celebris Marte, togaque fuit  
 Hi quoque nunc varijs fortuna casibus anni  
 Subiiciunt multos, exitumque ferunt.  
 Accedunt alij septem, mors dura vocabit  
 Ad tumultum fessos, decreptosque senes.*

Multi climacteras attingunt, sed cur fatalis desideratur interitus? fatalis interitus causam non attulit antiquitas, dixit Maiolus. Attasne celebris ille Platonis commentator Dædalæus, huius difficultatis astrologicam inuexit rationem, præst, inquit, primæ humani ortus formationi lucina, ac omnes Planetarum influxus in circulum usque ad Saturnum, cuius maleficam virtutem singulis septem annis suo exitio humana salus experitui, ac ideo per singulos septem annos veluti per scalas periculo ascendimus; cuius discriminis celebre attulit hieroglyphicum veneranda vetustas. Descripsit navem undique vomentem flammam, cuius gubernationi septem fratres deputavit, in medio leonem, in parte convexa Crocodilum, in medio tumidi, ac fluctuantis maris appetentem periculum virtute Planetarum, nam per fratres Planetas designavit, per ignem calorem se ipsum consumentem, per leonem, morbum, per crocodilum diei, ac noctis vicissitudinem, & cæ, quibus humanus peragitur curriculum in medio fluctuationis malignantis influxus.

Neque his acquievit Maiolus, sed ob aliam rationem hoc evenire voluit, quod scilicet Saturnus singulis septem annis ad quadratum, vel saltè ad cõtrarium naturæ signi, unde egressus est, appetat per venire; & quemadmodum Luna, quæ in septem diebus ad contrariũ signi eius naturæ pervenit, & ideo criticum facit septimum, ita Saturnus septimũ facit climacũ, quod varijs in locis cõfirmat Ptolemeus.

7. natura-  
lis bist. 49

Plinij autem de fatali lege moriendi hæc est sententia; *Rursus Acculapij seclz, quæ stata vitæ spatia ab stellis accipi dicit, sed quantum plurimè tribuit incertum est, quandoque in momentis insignibus horarum lina dierũve septem, aut novem ingens turba nascatur scansili amorum lege occidua, quam climacteras appellant, non fere ita genitæ quinquagesimum quartum annum excedentibus, &c.* Ex aliena sententia climacteras abtellis appellas ratus est Plinius, quia sicut, qui momentis horarum Lunæ, hoc est quadraturæ motibus, qui, per septena fiunt, enascuntur, sic in momentis dierum, (antorum intellige, si de ætate loquitur) Septeni, & noveni fatale periculum experiuntur, & ideo concludit, *qui taliter nascitur, per septena mutationes patiendo scansili lege occidua, per septena etiam sa*



alem alterationem pati appetunt. Ac ideo quinquagesimum quartum annum non transcendunt, quia tot alterationes sine periculo vix patitur natura, nam scanfiliis annorum lex occidua illa dicitur, per qua ad etates velut quibusdam annorum gradibus ascēdimus, & in quolibet illorum periculum natura deputavit.

### CAPVT. V.

#### *Aliorum disidentium opiniones.*

**D**ixerunt alij, testis est Plinius, quod hoc accidit, quia nemo potest metam transigere Orientalem ex nonaginta partibus, quæ vocatur Anaphoras, quod in malignos Planetarum, & solis incidat influxus, cum quartam Zodiaci partē pertranseat, ac postea in illos incidat, velut antipodes: ex quo videtur fatale, & necessarium, ut virtutis defectu, aut influxus malignitate pereat.

*ubi supra;*

Attamē inter illos, quos magnopere venerata est antiquitas, Magi Egyptianorum non ultra centum annos hominem posse vivere potestiterari detulerunt, si nos non fallit Plinius, asilum autem suæ opinionis erat, quod humanum cor per integros quinquaginta annos statu naturæ ordine accresceret, quod pro termino mediæ vitæ consignabant: exinde tamen in posterum ad proportionem decrescebat paulatim, ut cum centum adiret, fataliter, ac necessariò morti daret exuvias, quod esset ultimus decrementi terminus, ultra quem transire fas non erat.

*ii. Natu  
hist. 27. &  
Varro, ut  
refert Cæsar;  
Sorinus.*

Pythagoras, quam verè, speciosè magis, aquam cribro haurit, cum musicas proportionem observat, suaves consonantias. Pythagorici enim teste Phisico per sesquialterā proportionem, & sesquiterciam, ex quibus dupla componitur, spherarum spatia dimetiuntur; & tanquam spatia cælorum ambulant, à terra ad solem spatium, sesquialteram facere proportionem invenerunt; à sole ad firmamentum sesquiterciam, quarum ex prima nascitur diapente consonantia, & ex secunda diatessaron, ac ex utrisque diapason omnium perfectissima. Hoc idem testantur actiones, nam ut hæc perfecta fiat in suo genere, oportet ut agens duplo potentius sit passo, cum intendat geminare se ipsum in agendo, & sicut dupla proportio conducit ad speciem generandam, ita sesquialtera ad familiarem speciei affectionem, & sesquitercia ad accidentia. Hoc idem observatur in humoribus, in auditu, in elementis, in simplicibus, ac in omni tandem actione, quo multiplici philosophiæ datur aditus.

*In comm.  
ad dialog.  
Epinomis.*

*DC*

*Fit*

Fit & altera non minoris harmoniæ, quando scilicet radices numerorum circularium in se ductæ multiplicantur in circulum, & ubi finitur circulus, finire dicunt consonantiam, quoniam ab eodem reditur ad idem; & est prorsus necesse ab alio inciperi, & secundum istam regulam septimus, & nonus in se ducti efficaciores exigunt climacas, ut si dicamus, septimus septies multiplicatus facit, 49. & novies, 63; & novenus septies multiplicatus, 63. & novies, 81. quia radicalem circulum finire; & hæc est potissima rationum, quare 63. & 81. ultime insidie iudicetur, quia primus in se ductus finit septimum, ac secundus nonum. Hanc in partu, & hominis generatione Laertius observat. Bodinus impius in Monarchiæ duratione, ac tandem Plato: *Quoniam, inquit, ubi origini, & principio condendæ urbis præfuit Dyatessarion consonantia perfectissima Diapente, aut Diapason tertiarj multiplicationem, quod sive originis iuxta harmoniam conservat respública unisona legum observantia, civium concordia, & plebis obedientia usque ad summum illius consonantia attingeret. Ex inde enim non producit retinentia sua originis, sed dissonantiam.*

8. de vita philosoph. de vita Pythagore. Liv. 4. de Rep. c. 5.

Sic nobis hoc illius harmoniæ exemplum; unitas ter sumpta conficit ternarium, ternarius in se ductus novem, novenarius vero multiplicatus 81. ubi finitur harmonia secundum radicem huius numeri, & sic tenet philosophia in morbis per dies, in ætatibus per annorum septena, & in Monarchiæ duratione per annorum hebdomadas, prout una quæque istarum durationem appetit, per radices numerorum in se ductas, licet Cardanus ab extrema stella caudæ Virsæ maioris hoc ratus sit provenire, cum à vertice urbis, que denuo conditur cõterit, aut recesserit, sic Imperium floruisse, aut declinare, ut Romano, & Saguntino Imperio eventus fecit notum, ex cuius deflexu verticalis facta Germano Imperio, illi transtulit fœlicitatem.

Huic etiã difficultati adiecerunt calculum, in iure peritissimi, partus in septimo, & nono perennitatem observâtes, quare ætates etiam scanfili quadam computatione fatalem pati aiterationem tradiderunt. Tertius est Doctissimus Sfortia, Odus Perusinus teltis, & Ioannes Francus Farfardi in tractatu, *quis dicatur infans*, ac omni exceptione dignus Menochius de arbitrarijs, & nemini secundus Garcia in se ductus in practicam Cordubensem, ubi enim finitur septimus in se ductus inquit, ibi annus incipit climacus scanfili lege occidua, quo peracto nihil aliud expectatur quam mors, & inde complementum eius numeri vocatur mors, à Virgilio. *I xp̄i bonum numerum, reddat que tenebris.*

De Restit. part. 1 q. 2. art. 2. n. 11 Lib. 2. centur. 1. Casu 59. Glos. 48. § 1. per totum.

Si autem homo huius anni periculum subterfugiat, mutationem,

ac varietatem novem incipit experiri, ut Platoni contigisse refert Petrus Crinitus lib. de honesta disciplina, qui anno migravit 82. à natali suo, & ipso natali obiit, ac ideo Magi, qui tunc Athenis erant, Platoni immolarunt, amplioris fuisse sortis, quàm humanæ, rati: quoniam consummavit numerum perfectissimum, quem novies novem multiplicata, conficiunt, testis est Phicinus in eius vita, testis & Seneca epistola 58.

*Phicinus in vita Plato.*

Et hæc est fortasse ratio quare annum quinquagesimum uti primū post quadragesimum nonum existimarent interitum afferre, ac vitæ finē quasi expleta septenarij numeri perfectione, ac virum quinquagenarium quasi defectum, emortuum, ac inhabilem reipublicæ ministerio, eo namque anno reversus homo ad primæ infantix rudimenta, tacita quadam, ac latenti supputatione veluti denuò vivere incipit; quasi omnes respectus, ac multiplicationes septimi vivendo iam expleverit. Hoc certè olim lamentabatur Plato; *Alij itaque multa senectute repuerascunt, animoque bis pueri sunt senes*; notissimam est illud Levitici; *Quinquagesimum annum fore Iubilæo dicendum*. Quod si transierit, præteriret expiationis occasio, cum antea esset fatalis annus 59. ac Varro; *quinquagenarios fuisse à publicis negotijs liberos*, adnotavit, quoniam regressus quidam esse videtur ad primæ rudimenta; & Seneca; *Lex à quinquagesimo anno, inquit, militem non cogit, & à quinquagesimo Senatorem non citat*. Et hæc est ratio quare lege cautum fuerit, ne senes quinquaginta annorum compellantur à iudice in iudicium testes adduci, extra propriam, nec in alienam civitatem in causa civili; ut pote defecti viribus, ut habetur in lege manifesti iuris, & in lege liberta.

*In Dialogo Acxiob. Cap. 25. lib. 2. de vita Patrum lib. de brevitate vita*

*Cap. quæ atate, vel morbo se excusat. & in lege liberta ff. de operis libertorum. Et in lege à muneribus cap. de decurionibus lib. 10. leg. 2. § finali, ff. de eodem titulo.*

Sexagenarios etiam; & potiori iure, alij putant excusandos, quoniam hæc ætas ultimum excessit climacum ex prioribus, & primum iam attingit ex posterioribus, cuius magna pars mortis est, ut notat Lucas de Penis in dicta lege manifesti iuris. Vnde apud antiquos erat adagium; *Sexagenarios de ponte deijcere*. Quo adagio illos ad omne vitæ manus inutiles, & otiosos rejiciebant. Juventus enim Romana olim sexagenarios uti ineptos, & imbecilles, & ad reipublicæ gubernacula inutiles è ponte præcipitasse fertur, ut soli ipsi juvenes, & magistratus gererent, & suffragia ferrent, quod Afranius de ponte Tiberino ratus est, ut voluit Calvinus, & Garcia amplectitur, & constat his duobus versiculis.

*Pars putat, ut juvenes ferrent suffragia soli,  
Pontibus infirmos præcipitasse senes.*

Tales itaque sexagenarios Depōtanos vocavit antiquitas, vel quod ita realiter accideret, cum in ponte suffragia ferrent ad creādos magistratus, senes de ponte dicerēt quasi deliros, & inutiles, inopes ingenij, & egenos consilij, vel ut per illud in ponte positos, & extra urbem, extra tempus gubernationis esse designarent.

Huius tamen diræ consuetudinis mēdacium redarguit Tullij de senectute libellus, parem enim illis Romani, ac dijs observantiā detulerunt, testis est Seneca, & ocularis Gellius: *Ad Deum usque apud antiquissimos Romanorum colebantur senes; à convivio quoque seniores à minoribus domum reducebantur.* De vera tamen huius consuetudinis ratione, Ioannes Calvinus de verbis iuris, (auctoris damnati opus prohibitum, & cum expurgatione permissum) in libro de legibus Romanis luculentissimum affert testimonium ex diligentissimo antiquarum consuetudinum perscrutatore Festo. *§. suffragia quomodo ferrentur, verbo Obijcitur, dicit enim Festus, quod Romanis mos erat in comitijs suffragia ferre, imponendo suffragij tabellas supra pontem, pontes autem tabellæ quædam erant satis angustæ ad mensuram modū extructæ, in pontis similitudinem, & maximè post legem Mariam, & in principio pontis tabellæ quædam erant, in extremis autem cistæ quædam, in quibus tabellas quisque suas deponeret; transibant igitur per eos pontes ad lationem suffragij, tabellis acceptis in prima pontis parte, quas in extrema redderent, quo tempore, inquit, primum per pontem cœperunt comitijs suffragia ferre, iuniores conclamaverunt ut de ponte deijcerentur sexagenarij, qui iam nullo publico munere fungerentur, ut ipsi potius, quàm illi deligerent Imperatorem; ex quo senes Depōtani appellabantur isti, quia de ijciebantur de ponte tabulæ, & non Tiberino, ut ratus est Afranius.*

Huius pontis, & consuetudinis etiam recordatur Manutius, quem sequitur doctissimus Mendoza inclytus Iesu Societatis alumnus: celeberrime est huius traditionis illud Tullij in epistola ad Atticum; *Opera Clodiana pontes occupant, tabellæ ministrantur, ita, ut nulla daretur uti rogas, & 3. lib. de legibus: Pontes lex Maria fecit angustos. & 1. Rhetoricæ ad Herennium: Capio, inquit, cum viris bonis impetum fecit, pontes disturbat, cistas deijcit, impedimento est, quo serius feratur lex.* Sic etiam alloquitur pro Roscio; *Habeo etiam dicere, in quem contra morem maiorum minorem sexaginta annis in Thybrin deiecerint.* Quod etiam Macrobius lib. 1. Saturnalium non tacuit.

Hoc idem, & potiori iure de septuagenarijs tenet lex illa manifestè iuris, ubi sic ad litteram: *Cum igitur septuagenario maiorem te esse proficiaris, &c. & lege si ultra, ff. de decurionibus, quod etiam sancivit Pla*

Epist. 12.  
lib. 2. not.  
Atticarij  
cap. 15.

Lib. Satur-  
nal. de cade  
3. cap. 1.

to lib. 6. de legibus, de magistratu Noma-  
 nonis decreto, ubi propter senectute-  
 synodum personaliter accedat, & tantum apud veteres invaluit hæc  
 climacum fatalis necessitas, ut Gellium compelleret in hæc verba  
 prorumpere; *observatum in multa hominum memoria, expertumque est in  
 senioribus plerisque omnibus, sexagesimum tertium vite annum cum pericu-  
 lo, & clade aliqua venire, aut corporis, morbi que gravioris, aut vitæ interi-  
 tus, aut animi agritudinis.* Ac altiores iecit radices in Augusti nobilissi-  
 mi Imperatoris exemplo, è cuius manu hæc legitur Epistola; *Ave mi  
 Cai, quem semper medius fidius desidero, cum à me abes, sed præcipuè diebus ex  
 libus. quæ est hodiernus, quem spero letum celebrasse 64. natalem meum, nã  
 ut vides climactericum communem seniorum omnium 63. evasimus, &c.* Hæc  
 etiam fatalem ruinam videtur spectasse Homerus sapientissimus,  
 quando dixit,

*Iuppiter hunc totis animis, hunc magnus Apollo  
 Diligit, & insi metas non attingit ævi.*

Et alibi.

*Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi.*

Hæc voluit antiquitas: *Vos autem si mihi assentimini; dixit Plato, Non Se-  
 crati cedite, sed veritati, sin vera loqui vobis videbor, concedite, diligenter ca-  
 ventis, ne ego dum annitor, me ipsum, simul vosque decipiam, & velut apes a  
 culco in nobis relicto abeam. Ut fertur in Proverbio.* Hoc unum oro ne cõ-  
 munem consuetudinem sequamini, hæc enim est humana conditio,  
 ut occulta, ac laboriosa aggrediatur nemo, & in laborem irruat alie-  
 num, & ad hoc omnes fere conspirant dicentes; hoc illud ibi iacebat,  
 hoc erat per se notum, hoc omnes artifices experiuntur, facto enim  
 opere, omnibus perfacile videtur, quod cum Iannellus in Toletano  
 artificio etiam susurranter audiret, facite ergo, inquit, si tam facile est  
 hoc, hoc facilius, ut hoc ovum recto teneatur in puncto, & hoc nullus  
 assequitur, quib' ille: silere tutius, nõ est enim tutũ carpere nescienti.

*Dial. phæ-  
 donis seu de  
 anima.*

## C A P V T. VI.

*Climactericæ vicissitudinis genuina origo deducitur.*

**N**oster ergo sensus in hac re est. Climaca, ac fatalis necessitas  
 per annorum septena, (si forte cõtingit) ab ineffabili nature  
 ordine provenit, à transmutatione huius ad illam ætatem deperdita  
 naturali symmetria: ratam ita putamus.

Sed p̄cao prius, statu tum esse hominibus semel mori, & mori e di  
 tempus.

Paulus ad Hebræos. rum soli Deo esse reservatum. Rursus quod vita, & lōgitudō dīe-  
 Luce 2. liter vidit; Fixus est (inquit) cuiq; terminus, manebitq; semper ubi positus  
 Deuter. 30 est, & Pœta; tulitque suum, metaſque dati pervēnit ad ævum; & Horatius.  
 lib. de conf. Tu ne quæſteris (ſcire nefas) quem mihi, quem tibi  
 ad Martiū. Finem diſ dederint.

Horat. 1. Qui prius ita de More cecinere.  
 lib. c. arm.  
 Od. 11.  
 Ode 4. ad  
 festinum.

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,  
 Regnaque curreis.

Adeo ut ſola, viriſcibus armis  
 Elatos frænet animos, communia toti  
 Gentis ſceptra tenens, æternaque fœdera ſervans,  
 Quæ parvos, magnoſque teris, quæ fortibus æquat  
 Imbelles. populisq; duces, ſeniumque inventæ.  
 Nec viſ herculeæ (heu) fatum evitavit acerbum.

Quin, Genuinam tamē huius difficultatis cauſam Plato eduxit, dixit, quem poſteā ſequitur Ariſtoteles; nobiſcū naſcitur, qui nos interficit; quo ergō magis vivificum neſtar à cauſis contrarijs laeſeſitur, aut fove- tur ſimilibus, producitur, aut deperditur vita; quo purius eſt in ſubſtā-  
 2. de hiſtor. tia, abundantius in quantitate, & in qualitate temperatius, aut e con-  
 animaliu. 3 tra; prima eſt dentati animalis commendatio, & eius vitæ productio, ut placet Ariſtotelei: ſecunda hominis, quia temperatior, quod fortal- ſe gliſcit experientię, cum Cervus bis hominem viventem ſuperet, & Corvus ter, ut Plinij nos docet Naturaliſ Hiſtoria, & hæc eſt bre- vitatis, aut longitudinis cauſa.

L'6 8. c. 22  
 & lib. 7.  
 cap. 8.

Quare autem in hoc, aut illo anno finiatur, altius oportet repe- re: ſupponendo prius, quod temperamentum non poteſt durare tota vita exactē tale, quoniam per ætates accipit mutationem ſecundum convenientiam huius, aut illius temperamenti, ad quod unaquæque determinatur. Quod ſi ad hoc non ſufficit experientia, quæ hoc no- bis dat probatum ad ſenſum; ſit ſatis Hippocratiſ autoritas, quādo in Epilepticis ante vigēſimū quintū annū ab ætatiſ mutatione remediū expeſtat, & de factō cōrigit Caligulę Imperatori, ut notat Suetoniſ.

5. Aph. 7.  
 & 1. Aph.  
 13. & 14.  
 & 3. Aph.  
 30 & 3.  
 28. & 2.  
 de Tempe-  
 ramentiſ 2  
 Epiſt. 58.  
 In dialog.  
 Cratyliſ.

Hoc etiam Seneca videtur ſuprà vires dixiſſe: Nemo noſtrum idem eſt in ſenectute, qui fuit juveniſ, nemo mane, qui fuit pridie, corpora noſtra ru- piuntur fluminum more. quidquid vides, currit cum tempore; nihil ex bis, quæ videmus, manet, ego ipſe dum loquor mutari iſta, mutatus ſum. Celebre eſt illud Heracliti apud Platonem, quod iam adagiij vicem ſubit, in idē flu-  
 men biſ non deſcendimus. Hoc tamen claudit undique ſacroſancta fideſ; homo nunquam in eodem ſtatu per manet, ut legitur in libro Iob.

Eſt

Est ergo necessaria transmutatio, prout ætas mutatur; salus enim, quæ huic temperamento est gentilitia, est alteri morbosa; si est plane contraria. Aliquibus tamen periculum in alteratione natura deputavit, alijs sensum effugiet, in hoc erit tuta minus prout erit morbosus corporis apparatus; aut causæ vehementer alterantes coniungantur, vel aliquis duro facto morbus tunc incidit, aut immoderate passiones; quando ad hoc sola sufficit aeris alteratio & sic aliquibus dabitur pede sicco transire per medios climacteras; alijs vero periculum à longe videre, & alijs insignem alterationem, morbum, aut mortem pati, prout fors tulerit, & robusta, aut debilis natura.

Temperamenti transmutationem periculum insequitur; celebre est illud Galeni; *Cum in elementorum moderatione natura consistat, id, quod destruit hanc moderationem, dissolvit consistentiam.* Si ergo fit transitus ab una symmetria ad aliã temperiem, necessariò prima destruitur, præterquam quod in philosophia hoc habet demonstrationem, cum contraria se mutuo expellant. Platonis, Galeni, & Aristotelis est doctrina; cum enim vita in nexu calidi in proprio humido consistat sub debita temperie illa cõnexioni, quidquid hanc insigniter mutat ad dissolutionis periculũ reducet annexum, quæ igitur maior potest esse transmutatio, quam à sanguineo ad melancholicum, à puero ad senem, à iuvene ad consistentem? nonne saltem una deperditur qualitas huius temperamenti, ut inducatur contraria? & tandem non deperduntur duæ, à potentiori agente introductæ denuò advenientes qualitates.

6. Epid.  
sec. 3. 27.  
5. Aph.  
51.  
In Timeo  
lib. de brevitate vite  
Lib. de Marc.  
3. Aph. 27  
6. de Sanit.  
tend. 2.

Hoc etiam potest demonstrari; nam ut actio finem assequatur, & perfecta sit in suo genere, oportet ut agens duplo potentius sit passo, cum intendat geminare se ipsum in agendo. Evertitur ergo prima temperies ad introductionem formæ novi temperamenti; si verum est in philosophia, quòd duæ formæ materiales non possunt idem simul occupare subiectum, & magis, cum verum sit, quod unius generatio, est alterius corruptio, ut probat Aristoteles. Sit nobis Preceptor in exemplum, *dolorificum*, inquit, *cordis malum ætati iam grandi subitam ostendit mortem.* Notavit in commentario Doretus: *Quæ in vetustatem incidunt mala, vix curationem recipiunt, est enim irremediabilis temperamenti & complexionis mutatio, quam senectus invexit, est quoque desperata: nec est vis vivifici, exhaustæque vivacitatis reparatio, quando ipsa vetustas per se morbus est, per tot, tamq; varias temperamentorum mutationes consequutus.* Notũ est illud Averrois: *homo per atates à generatione ad corruptionem tendit;* Sed non unica interitus differentia quando hic uno è quatuor modis contingat, aut de pasta nativæ humiditate, quod sine dolore

2. de generatione in Prenotion.  
In com. 2. de generat. animalium.

dolore fieri dixit Plato, & ab hoc Aristoteles, 2. violentior mors infertur, 3. autē per morbos; ac 4. per causas nobis occultas, seu occurrente peste, seu nocente veneno, & alijs.

3. Prænot.  
cap. 2. in ap  
pen. l.

Sicut periculum mutationem sequitur, sic pariter ætates mutatio; inter illas autem quibusdam nulla est opportunitas excipiendi, nec ulla vis morbos efficiendi, quibus illa ætas repugnat. Scitum est illud Hippocratis; *Ij sane morbi ante pubertatem non enascuntur, Pulmonia, Pleuritidis, &c.* Sicuti sunt alij morbi ita cōgeniti, & gentilitij his eisdem prætibus, ut alias penē supergrediantur intactas, sicut patet in pueris, & inter has ætates cōnaturalis ægritudo ita interdum naturam mutat, cum ætatis ipsius mutatione, ut, ac si non fuisset, penitus deleatur, ita ut ipsa ætas sit fortissimum huius morbi præsidium, nemo non novit illud Hippocratis; *Qui ante pubertatem comitiales fiunt, in sequenti invenerunt præsidium, qui autem post vigesimum quintum, commoriantur.* Rationem annectit Galenus in commentario; Bellé dixit Duretus; *Præsidia sunt in ætatibus, quarum conditio mutationem adfert complexionis temperamentis, atque compaginis, & humorum, sic epileptia puerilem calcat ætatem, hanc pubertas penitus abolere propter splendorem, & lumen caloris nativi, qui antea sopitus erat.* Sit hoc exemplum pro multis, quorum perennitas cum senectute discedit, huius discursus reddit rationem Galenus; *Calida, & humida temperies, inquit, puerilem adoptat ætatem, ac humida dissipat substantia, sicca, & calida consistentem, senectam vero terrestris, atque sicca.*

1. apho. 14

Et sicut hac in ætate virtus elucet propulsandi similes morbos, sic in sequenti excipiendi aptitudo à Præceptore elicitur, à 14. inquit, *natura iam morborum feracissima. rursus ab hac ætate ad vitæ annum 63.*

## CAPVT. VII.

*Præcisâ imparis supputatio necem non infert.*

**H**ic sandi tempus nobis præstat occasio, non ideo climacum hūc validissimum ultimas fore insidias, quia ibi per septimum, & nonum multiplicatio finiatur; finitur quidem, sed non ideo vita; nec ob aliquem syderum aspectum fatalem. Furor est profectō, furor est omnipotentis Dei providentiam momentis temporum, & serie numerorum, atque complexu diltringere; ac velle ipsam quibusdam notis, ac numeris, tum syderali scientia prævidere, cuius est illa prædictio ipsum furtivē ad nos venturum, nec sui adventus ullam scientiā posse à nobis teneri, quandoquidē, si accidat, hoc Dei nutu, & sagacis



gacis naturæ providentiâ contingat; hoc tamen est perpetuum, quod maior omnium transmutationum ibi contingit, fatalior profecto, ac naturæ inimicior, in pepasmo difficili, ac corpore intranspirabili; ac ideo non est par omnibus climacibus periculum. Virilis enim ætas magis resistit, transmeabile est corpus spiritu abundans, robustæ facultatis temperamenti una sola immutatur qualitas, seu deperditur; ingrediente autem senectute à calida, & humida, aut à sicca saltim ad siccam, & frigidam fit transmutatio, fatalior profecto, ac magis naturæ contraria, quod evenire ad 63. non solum fidelis experientia testis est, sed ætatum partitio clare monstrabit. Notum est illud Galeni; à prima genitura ad adolescentiam humidissima caro est, senili vero etati im-  
perse sicca.

Omnis ætas scansili computatione perceptena suos etiam pati cüm maces decretorios adnotavit Præceptor: *Parvulis, ac nuper natis apte contingunt, in progressu verò cum dentire incipiunt gingivarum protigenes.* Quod fieri ad septimum mensem satur experientia, cum vero magis adoleverit, hoc est in Galeni iudicio, post 13. annum; *Grantioribus autem, qui ad pubertatem accedunt.* Hoc est à 14. sursum ut notavit Galenus, *ex naribus profusiva, & procedit Hippocrates; In his plurime passionnes quædraginta diebus indicantur, nonnullis septem mensibus, & pubertate cedentibus septem annis, aut feminis, cum menstrua erumpunt.* Quod est, ad decimum quartum annum, cum harum passionum fit iudicium, & omnes isti inter duas eliduntur septimanas, dicente Galeno: *Secunda septimana tempore cõpletur annorum quatuordecim, & progreditur Præceptor; Iuvenibus autem sanguinis sputa tabes.* Vbi Galenus, cum primas ætates minutissimè divideret, adolescentiam non expressit ( fortasse quia sub iuventute comprehenditur, ut notat Mercurialis. ) Quæ se extendit à 21. ad 28. & exinde procedit ultra hanc ætatem morbus lateralis; ubi Galenus; *Iuvenum etas quinta septimana terminatur.* Scitum est illud prognosticum; *In hac etate profusiva sanguinis expecta ad annos 35.* Quod est in quinta septimana, quæ, ut scribitur in margine extenditur ad 42. & ut habetur in codice græco Burgundo, ad 48. sextaq; septimana claudit ætatem consistentiæ, ut notatur ab Hippocrate, à 14. inquit, *ad 42. natura morborum feracissima.* A sanguine, qui amplius incremento hominis non absimitur, est Dureti iudicium, aut anno quadragesimo, quo incipit consistere, ut Hippocrates docet.

Septima ætas duabus clauditur septimanis, cum incipimus, à consistenti declinare; prima extenditur ad 35. secunda ad 63. aut 60. celeberrimum est illud Hippocratis, à 42. ad 63. *in natura morborum feracissima.* Et Aphorismo citato apoplectici fiunt à 40. ad 60. quod de melancholica

Cholica apoplexia, Duretus intelligit; octava ætatis septimana est ultima serectus; quæ extenditur à 70. ad 81. in hac non accedit nova transmutatio, sed ampliatur in 63. ut tetigit Præceptor.

3. *Aph.* 32.

Ecce morborum harum ætatum congeries, & ij gentilij, nunc refert mutationes observare, quibus fiunt fatales, hoc nolo prætermitti, non omnes æquali suffragio in ætatis partitionem conspirare. Nam Aegyptij, & Chaldæi in septem partes diviserunt ætates, septem Planetis respondentes, hoc omnes sequuntur astrologi. & Galenus 3. de diebus decretorijs, & Hippocrates 3. Aphorismorum citato; Seneca autem quinque agnovit ætates; Plato, & Aristoteles, Hippocratè sequuntur. Verum, de ætatibus maior pars & potior, scriptorum, eas in septem diviserunt, infantiam, pueritiam, adolescentiam, juventutem, virilitatem, senectutem, atque decrepitam; infantia terminatur, 7. annis, pueritia 14. adolescentia, 21. Juventus 35. virilitas 49. senectus, 63. cæteris autè decrepitas. Hæc enim est, per septem annorum numeros ipsa partitio; quare ergo aliquibus solum, 4. numerantur? quia 4. istæ ætates inter alias maximè, in corporibus humanis insignes mutationes afferunt, ut est pueritia, adolescentia, virilitas & senectus, ut Mercurialis testatur.

1. *Aph.* 13

## CAP V T. VIII.

*Sensus Autoris enucleatur.*

2. *Aph.* 20  
3. *Aph.* 23  
6. *de sa*  
6. *Epi. scđ.*  
4. 27. 8. *de*  
6. *Galeni:*  
1. *de temp.*  
3. 5. *Aph.*  
7.  
6. *de sanit.*  
5. *de d.*  
lib. 6. *de sa.*  
nb. *dieta* 7.

**M**EA saltem sententia his ætatibus ij accidunt morbi, quia ubi una finitur, & incipit altera, symmetria, & moderatio deperditur, quia temperamentum immutatur, nec illud etiam prætermisit Præceptor: *Quibus invenibus alvus humida est, us senescentibus exsiccatur. Aurium dolor invenes perimit septima die, tardius seniores, quia fragidior tēnita. tuēd. 2 peries. optima n temperiem tenet. adolescentia, & omnes aliæ atates deteriorēs hac sunt. Quod mille alijs in locis comprobavit.*

Nota & ista Hippocratis sententia cum hircelcit, &c. Quo in loco Galenus: *Cum pueri is atas in adolescentiam transit, semen erumpit. pili in locis genitalibus, cætes subito crescunt. puellis virginibus mimmx, menses erumpunt, vocēs mutantur, & mille aliæ alterationes sequuntur ætatis mutationē.*

Cum ergo natura ex contrarijs elementis in pugna cadmica fluctuante videatur, & succumbat ad vincens fortunam, videtur fore omnino necessarium, ut perpetua fluctuet alteratione, quæ si est intra limites, salus durat, si vero extra metas, occurret ægritudo, ergo si ista obviat alterationi, quæ ætatis alterationem sequitur, fatalis erit, aut e contra

contra prout affectioni, aut natura congruit apparatus, quoties enim ad præparationem suscipientis causæ accedit vis magna efficientis, tunc facilis morborum generatio est, difficilis verò discessio.

Nec tamen potest ut immutabile concipi, has trãsmutationes perpetuò in multiplicatis per septena diltringi, imò alijs longius, & brevius aliquibus extenditur infantia, pubertas, & iuventus; Non una hominibus senectus est. Dixit Seneca; *Vt ne animalibus qui lem: intra 14. quidã annos defrutigantur, ætas illis longissima, que homini est prsma; dispar qui p̄vivendi facultas data est; nec certo annorum numero clauditur.*

Lib. de cõsolation. ad Martiam.

Notum est illud vulgare: *Fructus præoces citius maturescunt; fortasse quia in tenui, & lata substantia anticipat calor, quod in tenaci frigus perfici non permittit. Lex matrimonio duodecim annorum uxorem reddit aptam, ac duobus ultra virum. Celebre est illud Galeni; Nec tamen est, has ætates certo annorum numero circumscribere, nisi forte in latitudine quadam; quidam enim pubescere incipiunt ad 14. annum, quidam uno postea, aut amplius. Initium præterea remissionis nonnulli habent à 30. nonnulli post 35. aliquibus laudabilis salus in senectute conservatur, quibusdam verò ipsa senectus est morbus; quod idem alibi repetit. Alterationes etiam fiunt, quas nec excipit climaca numeratio.*

6. de Sanit. tuend. 2.  
3. Aph. 27

Notum est illud Hippocratis: à 30. anno finitur per abscessum febris. Nec omnibus etiam accidit has necessario experiri mutationes; scitum est illud Galeni; *Quorum optimè habent corpora ips calor similis quod dammodo usque ad summum incrementum manet. Nota est illa Galeni sententia; Apoplectici maximè fiunt à 40. ad 60. annum: quorum neuter climacam attingit numerationem.*

1. de Sanit. tuend. 12.  
6. Aph. 56

Decretorij etiam Diei in multiplicatione imparium vis elucet, & tamen in 4 contingit crisis in morbis, qui moventur per impares, ut Galenus semel, & bis Archigenes observavit. Tertiã etiam in 13. accepit decretorium ut pote in die validioris accessions, & non in his septem; quare hæc mutatio ad naturam potius morbi, quam diei, videtur referenda:

3. de Crisib. + 3. Epid. sect. 3. agroteo. 5.

Ex quibus optima ratione ducor, quod ille annus, quo temperies invertitur, aut mutatur, ille fatalis erit huic ætati; licet talis septenorum climacas non ascendat, sed quia hoc aliud frequenter experimur per ætatum septena, alteram temperamenti qualitatem, aut utramq; perdi, ideo venerabilis antiquitas hos annos appellat Climactericos.

## CAPVT. IX.

### *Quæ accidentia singulis adueniant ætatibus?*

**H**ÆC ergo erit computatio, (ut omnibus clare pateat) omnium ætatum: prima ætas erit à prima feminis formatione, ad septimum, vel nonum mensem, quo editur in lucem infans, hoc est illud Hippocratis; *Parvulis, & nuper natis hæc est prima mutatio extra partus periculum*; Secunda ætas est infantie; & hæc ad septimum mensem extenditur, cum dentire incipiunt, magnæ agitationis, & periculi mutatio, huc alludit Hippocrates, *in progressu vero, &c.*

Ætas tertia claudit pueritiam; & hæc est duplex, prima ad septem annos extenditur, quo dentes mutantur, & humidissima temperies: Secunda extenditur ad decimum quartum, quo fœminis menses erumpunt, & pueris semen; hoc est illud Hippocratis; *cum bircaescit, &c.*

Quarta ætas ad 21. extenditur; in hac corpus redditur solidum. Quinta ætas ad 35. extenditur, robusta sane, ac labori apta; Sexta virilem consistentem amplectitur, ad 42. extenditur, aut ad 49. hæc est matura ætas, consiliaria, quia spiritus, ac instrumenta puriora, ac aptiora ad nobiles operationes redduntur.

Septima ætas utramque amplectitur senectutem, quarum prima ad 56. quibusdam extenditur; alijs verò ad 63. prudentiæ ætas fortasse, quia melancholia ad sicciorem vertitur, quæ si moderata est cum lucidi sanguinis abundantia, illustrium actionum feracissima erit. Hinc orbis Heroes melancholici, Alexander in bello, & in pace; Socrates, & eorum, quas agitavit fama, nemo non melancholicus; *Nul-lum magnum ingenium*, dixit Seneca, *Sine mixtura denecarii fuit*. Religioni dedita dixit Areteus, alieno idiomate posse loqui, ac futura prædicere Melécolicos Foretus, & Racis poetas effici; ac li teratos idiotas Gainerius. Sed nõ intra limites sanitatis, quod se vidisse narrat Aristoteles, nam ut dixit Heraclitus; *Splendor aridus, animus sapien-tissimus*; quod est huius ætatis mutatio.

Ultima autem senectus decrepita, quibusdam extenditur ad annos 70. paucioribus ad 81. hæc repetit primam ætatis primæ humiditatem.

De his omnibus sic lamentatur Plato; *quæ pars vite calamitatibus vitæ? nonne statim à principio plorat, ut primum natus est, infans, vitam-que à lacrymis aspiciat? quæ non premis cum molestia e semper enim ve-*

3. de tran-  
quillitate vi-  
ta 15.  
lib. de sper-  
stitione.  
30. pro-  
blem. 1.

pen-

*penuria, vel frigore vel calor eurgetur. Hinc iam fallens surrepit senectus, in quæ iam confluit quicquid est infirmum, fragileque natura, & nisi quis vitam velut as alienum reddiderit, ad stās supra caput natura tanquam feneratoria repositur usuram; ab alio quidem visum, auditum ab alio, per sepe utrumque, ac si quis diutius cunctetur, cum excruciat, membrique destituit, alij itaque multa senectute repuerascunt, animoque bis pueri fiunt senes. Hoc cecinit Lucretius,*

*Tum porro puer, ut sevis proiectus ab undis  
Nauita, nudus humi iacet infans, indigus omni  
Vitæ auxilio.  
Vagituque locum lugubri complet, ut æquum est,  
Cui tantum in vita restet transire malorum.*

Et Hesiodus.

*Noctē, dieque homines miseros invadere numquam  
Exanguēs cessant morbi, mala multa ferentes  
Et taciti adveniunt.*

Ita ut dicat Virgilius.

*Optima queque dies miseris mortalibus ævi,  
Prima fugit, subeant morbi, tristisque senectus.*

## C A P V T. X.

### *Quarundam obiectionum dilutio.*

**D**ices fortasse, quòd mutationes, quæ fiunt ab ætate ad ætatem non sunt insignes: non subitæ, sed paulatinæ, & intra limites sanitatis, & quòd periculo non sufficit sola qualitatum alteratio nisi etiam substantiale temperamentum evertatur.

Primæ obiectioni satisfacit Galenus exemplo mutationum quæ à temporis mutatione contingunt, quibus in corpore accedunt mutationes, inversa naturali temperie ab humida ad siccam; hoc idem efficiunt internæ passionēs ad mortis usque discrimen, ob similem perversionem; præ ira, gaudio, & mœrore aliquos perijisse, adnotavit Galenus, & Plinius posteritati mandavit, quid ergo interest alibi quærere, quod domi invenitur? nonne per septem, & novem partus contingunt, mutationes non solum insignes, sed periculo plenæ? nonne puer septimo mense dentescit, cui accidunt febres, & convulsionēs ex hac mutatione? rationabile ergo erit, quod dùm universa elementorum concinnitas mutatur in transitu unius temperici ad alte-

*3. Aph. 1.  
& 1. ad  
Glauc. 14.  
2. Method.  
5. 5. de lo-  
cis 1.  
Gal. suprâ  
1. de Hist.  
animal. 53*

alteram, ex hac occasione morbus accidat, idemque ferat periculum ac cum immoderata dominatur passiones, eadem enim noxa utriusque corpori invehitur, Nonne, sola sufficit imaginatio, ut temperamentum evertatur? ut dicat Avicena p. 4. de animatex. 4. quia calidum fit ex frigido & è contrario.

Secunda obiectio erat quod hæc est mutatio paulatina, ac ideo tuta: solas enim repentinas mutationes non tolerat natura. Imo (Respondeo) & aliquando ægrius paulatinas, dicat Hæctica febris, & senectutis hæctica, melancholica cogitatio disponit ad maniam. Erit hoc satis? nolumus hoc uti privilegio, nam ætatis mutatio instantanea est, dispositiones autem paulatinæ, nova enim temperies subito inducitur, ut forma novi temperamenti ab eodem agente, à quo ultima dispositio.

Tertia: Hoc est intra limites sanitatis, ergo absque periculo. Non valet consequentia, quoniam intra limites sanitatis homo nascitur, & gaudium fit intra limites sanitatis, ac sanus mœrorem patitur. Intra limites sanitatis generatur venenum, & tamè morimur intra hos limites, non quod aliquis moriatur sanus, sed intra limites sanitatis mors disponitur; est ne satis hoc? nolumus quod sit naturalis hæc ætatis mutatio, saltim non est ætati antecedenti, nam generatio unius est corruptio alterius, & nulla corruptio potest esse naturalis, licet possit sensum latere, nam sanitas, quæ in præexistenti commensuratione talis erat, in subsequenti desinit esse talis respectu antecedentis, licet talis postea fiat subsequenti, omnino enim inducitur ametria saltim in transitu.

Quarta obiectio: ad periculum non sat est qualitatum mutatio ut in hoc casu. Respondeo: falsum videtur suppositum, nam sola caloris flamma vivificum nectar depascitur, & sola frigiditas extinguit; attamen hic utrumque mutatur, & qualitatum, & substantiæ temperies; & si hoc sufficit, non deerit periculum quoniam calidus, & humidus cum vertitur ad siccum, non sola mutatur qualitas, sed substantia. Sit nobis exemplum caro pueri, viri, & senis, illa fluida, & tenera; dura, & compacta ista: hic albus, & lenis hirsutus, & durus ille.

Dices ultimo Iuvenis, & puer sanguineus, aut melancholicus bene potest in eadem temperie permanere tota vita, licet mutet ætatè. Piacet hoc? adhuc in hoc casu ipsum temperamentum habet latitudinem, & gradus alterationis, & mutationis, sed dico esse impossibile suppositum, nam prima ætas tali temperie est disposita, ut possint adolefcere pueri, & ad hoc humiditas fuit omnino necessaria ad finem usque adolescentiæ, quam sequitur iuventus, cui cum non sit necessarium

rium adolefcere, ceflat humiditas, & neceffario acrior redditur calor, hac ipfa temperatus. Vnde fymmetria illa temperamenti humiditatis a predominio neceffario deperditur, ut ficcior introducatur, & fic in alijs aetatibus; & fi contingat quod puer tota vita appareat melancholicus, hoc non erit a generali temperie, fed particulari alicuius membri, ficut obferuamus in pueris, qui fapiunt precocius, quod ab immatura cerebri ficcitate conlequuntur, & fic de alijs membris precipuis venit intelligendum.

CAPVT. XI.

*Uberior doctrina tradita confirmatio; atque numerorum energia, fi precise fpectentur, refraatio.*

**F**igimus anchoras, ne forte periclitemur in portu, nam fraudulenta quies maior tempeftas efl: hoc autem aflequemur, fi argumentis adductis a contrario fatisficiamus. Pythagoricis magno fuit in pretio numerorum fcientia, fed imparibus mirabilem detulerunt virtutem. Hanc autem neceffario debet fortiri impar numerus, prout induit indiuiduationem quantitatis difcretæ, aut continuæ, & temporis induit rationem; aut prout finit numeri cõfonantiam in fe ducti, aut harmoniæ rationem fortitur, feu a convenientia rerum, quibus copulantur tales numeri, aut tandem ab occulta, feu inexplicabili qualitate; nõ a virtute numerica, cum merum accidens nihil poffit operari, ut Ariftoteles contra Pythagoricos difseruit, quem legere fat erit, fi non velimus Doctiffimum Martinum Delrio refellentem videre, illa omnia, quæ antea refellerunt, Hieronymus, Origenes, Tertullianus, & Cyprianus. Quare caute legenda confultat, quæ Petrus Gregorius, Fabius Paulinus, ex Platonis fententia fpeciofè magis, quàm verè congerunt, nec fatis digerunt, ut Catholicæ Theologiæ parum contentanea, ut pote qui mulicis numeris magicam vim inefle voluerunt.

12. *Metaphifical ultimo.*

Prout temporis rationem numerus induit a Galeno, & celfo refellitur: *In his, inquit, antiquos tunc celebres, Pythagorici numeri fefferunt, cum medicus non dies, fed accelfiones debeat numerare.* Prout terminat confonantiam numeri in fe ducti, idem fortitur ultimus, ac primus, fed primus efl merum accidens, ergo & ultimus. Si autem confideretur, ut mulicam terminat confonantiam, fea uem inde pariens harmoniam. Hæc efl inauis concinnitas ex debita uocum modulatione rezultans: tunc uerò non mouet per numeros, fed per uoces, quæ naturali qua-

3. *de dieb decretorijs 8. lib 3. ca. 4.*

dam sympathia movent phantasiã, ac illa ceteras cõsocias invitat, ac inde quandam agitacionem in humoribus parit ministerio potentiarum: qua propter afficitur substantia, & sic mores componit, passiones demulcet, morbos curat, ac somni modulamine animum suaviter disponit, ita ut per sæpe rapiat in extasi.

In com. ad  
thyrazium  
Platenis.

Quipe ut Phicino Marsilio Placuit, *Concentus per aeream substantiã in motu positam movet corpus, per purificatum aerem concitat spiritum aereum, animi, corporisque nodum, per affectum afficit sensum simul, & animum; per significationem agit in mentem, denique per ipsam subtilis aeris motum penetrat vehementer, per contemperacionem ambit suaviter, per conformem qualitatem mirabili quadam voluptate perfundit, per naturam tam spirituale, quam materiale totum simul rapit, & sibi vendicat hominem.* Musica enim consonantia, ex gravibus, & acutis vocibus est talis contemperatio, ut una quædam forma fiat ex pluribus, quæ ultra vocalem virtutem conseqatur etiam aliam cælesti similem. Et hæc est causa quare Democritus Theophrastus, & Pythagoras, Empedocles, & Plato iudicent certis concentibus morbos quosdam tam corporis, quam animi mirabiliter curari.

Segmento,  
3. cap. 9.

Et hinc fortasse ortum est, veteres aliquos, sapientes in eundem numerum Apollineum tam medicinæ, quàm musicæ originem retulisse, utraque enim medicina est, sed altera quidem ex corpore animum, altera vero ex animo curat corpus. Celebre est illud Iamblicij: *Itaque quod musica efficiat aliquid motivum, & passivum ex tibijs, aut medeatur perversis affectibus, & transfor met corporis temperaturas dispositiones, ut, quod etiam alijs carminibus faciat debacchari, alios vero sistat debacchãtes; omnia hæc non pertinent ad afflationem; nam hæc omnia naturalia sunt, & humana, & nostra natura consequuntur, nec in his quidquam divinitatis elucet.* Id quod Delrius supra confirmat.

Epist. 105.

Huic similis elementorum discors consonantia, qua omnia Empedocles conservari dicebat, ac horum discordia omnia aliquando dissolutum iri, Mercurius Trismegistus in Asclepio prædicabat. *Natura enim, dicit Seneca, regnum mutationibus temperat, nihil serena succedunt, turbantur maria cum quieverunt, flant invicem venti, noctem dies sequitur, pars celi consurgit, pars mergitur: contrarijs rerum aeternitas constat.* Belle alibi dicit; *Tota huius mundi concordia ex discordia constat.*

7. n. aliam  
quest. 27.

Serpentes autem incantare, lapides trahere, ac fluminum cursus detinere, hoc omnino iudico fabulosum, & apocryphum fortè, si non est excellentis ponderationis argumentum. Ingenue tamen fateor animalia posse aliquantisper inebriari, ac rapi harmoniæ dulcedine, quod Delrius non improbat, & approbat Eusebius de laudibus cõ-

stantini,



Antini licet supra vires musicae iudicem, quæ Solinus, & Plinius de Arione referunt, fuisse scilicet à Delphicæ musicae capto captum, ad Megarenenses usque de vectum sola lyrae modulatione. Lapides tamen traxisse Thebadis ædificio, intellige, dulcedine conditionis, & suavitate verborum, allexisse homines barbaros, & incultos.

de mirabilis mundi. cap. 7. lib. 9. nalis hist. 3.

Posse tamen harmoniam quosdam sanare morbos physica ratione colligitur; celebre est illud Mathioli, à phalangio, aut tharantula morfi cum tremere incipiunt, musici a lyra veluti demulcentur, ac venenum obtunditur, mox eum tripudiare incipiunt demorsi, donec veneni vis dispareat, seu insensibiliter evanescat, ex haletue per sudorem. Physicè autem curat melancholiam, cum animum demulcet, imaginumque inæqualitate dulcorat; atque letificat, & hilaratus animus calorem dilatat, roborat, ac per membra dispergit, hic ad auctos melancholiam tenuat, dissipat, ac resoluit, ac impedit in posterum illius generationem. E contra in mæstitia, quæ parit contraria, ut testantur Vallesius libro de sacra philosophia, Petrus Garcia, & Martinus Delrio.

Non solum musica corporis & animi affectus, physica ratione curat; sed à Dæmone etiam vexatos valet levare, ut de Saule legimus, & hoc virtute etiam naturali, quatenus melancholiam dulcificat, & facit per accidens dissipari; qua Dæmon ut in instrumento utitur. Si hoc est certum, quòd musica valet in homine diversas passiones, occitare ut philosophus 8. politi dixit, & Iamblicus in vita Pythagore Dæmonis etiam instrumentum valebit immutare, quod Boetius & auctor de ortu scientiarum, non negavit, & hoc fortasse stravit viam Springerio parte. 1. q. 6. ut etiam pro Dæmone propulsando remedijs utatur naturalibus; nam licet hæc propria virtute cum non expellat; at contrariam Dæmonis, hominis dispositione, valebunt immutare, & cum Dæmonis virtus limitata sit, fortasse ultra hominum non valebit vexare. Corpus enim per harmoniæ suavitatem ad vexationem redditur ineptius, recedebat enim à Saule spiritus malus, dicitur in libro Regum dum cytharizabat David, ob hoc fortasse. Credibilius tamen est, (quod etiam advertit glossa) hoc propter crucis virtutem accidisse quæ iam tunc Dæmones effugabat; nam cythara crucis iam effigiem ostendebat.

Cap. 6. Disp. 13. c. 9. citato loco.

Quod si accidat à virtute rerum; quibus ipsi numeri copulantur, rerum est beneficium, & non non numerorum, quod libenter amplectimur, nam vita hominis, ut numeris non substituit, ita nec sustentatur, substituit enim in vitali principio partium solidarum & in vivifico ne ctere, cuius perennitas est à corde, sustentantur etiam à diæta, & spiritu, & respirationis providentia, ergo est vitæ custos natura,

E. que

quæ sustentatur, & reficitur spiritu, & diætâ, ac ideo vita hominum, fato concedit, aut effluxus perennitate cohibita, aut nectaris confusione, & quia equalia non suppetunt ad refarcienda, quæ continenter effluunt. Vnde semper aliquid deficit, & excrementi crescit; unde morborum proventus & infirmitas, ac ultimò illa accedunt, quæ extrinsecus violenter inferuntur; ergo non numeris cõficit vitæ cursum, sicut in numeris fundamentum non habet, nec etiam à numeris semen utriusque parentis in generationem configitur, sed à Deo ministrante natura. Erit ergo causa interitus, quæ antea fuit ortus, idem scilicet calor, qui nascitur nobiscum, quem Deus posuit in fundamento vitæ.

Restat ultimo ut hoc fiat à virtute occulta, hæc autem aut erit naturalis potentia, aut magica operatio, prima nõ potest, quia sequitur substantiam, & nõ accidēs, qualis est numerus, ut sympathiæ, & antipathiæ rerũ; magica autē virtus naturalis assequitur effectũ per Necromantiam, Pyromantiam, Aeromantiam, Hydromantiam, Geomantiam, & Chiromantiam; ex nulla autē potest consequi intentũ, quoniã necromantia est divinatio per mortuorum corpora, per ignem pyromantia, aeromantia per aerem, per aquam hydromantia, & per telluris simulæ geomantia, ac tandem per manũ lineas chiromantia, & nulla per numerorum signa.

Deinde virtus sequitur essentiam rei, à qua dimanat, & diversitas, vel identitas virtutis, diversitatem vel identitatem indicat essentialium principiorum; sed hæc virtus occulta, non potest à forma numeri provenire, cum illà careat, cũ omnis actio a forma, velut à principio proveniat; ergo nec magica virtus. Deinde, numerus, secũdum sui rationem abstrahit ab omni materia, cum sit quoddam mathematicum, nec activum, nec passivum; ergo, &c.

Quod nec a corporibus cælestibus talem virtutem possint accipere, probo ulterius, quia virtus quæ sequitur mixtionem corporis naturalis à cœli influxu coagmentatam, sequitur mixti formam, à cœlo ut causa universali introductam, ut in magnete: sed artificialia, qualis est numerus, non procedunt, nec fiunt, à corpore cælesti, nec ut causa universali, nec particulari, sed ab artificis conceptione, aut deliberatione, ergo a corpore cælesti, nullam virtutem possunt accipere. Si vero supra id, quod naturæ datum est, talis fieret operatio damnata, redolet magicam, ac implicitum pactum, quod ultimum damnat Ecclesia, & damnatur Concilia.

Segmento 3. cap. 27. Iamblicum audiamus dicentem: *Magiæ varietas est, nã quid veri eussent apud eos, qui affectibus, & morborum vitis sunt concitati, & eorum variis*

ritas intemere labentibus, & fluctuantibus casu quodam describitur accidere, quo circa huiusmodi verum nihil habet proprium, nihil divinum, nihil melius natura communi, qua propter in eadem incidunt absurda, quicunque quosdam accipiunt apud nos numeros, ut puta in crocodilo sexagenarium tanquam soli aptum, & proprium, aiuntque hęc sacrorum efficacie causam esse: verum tamē non attingunt scopum, quia ex naturalibus ostendi non potest Deorum causa supernaturalis.

Lib. 42. his-  
toriarum.

Quare & merito, ut refert Diō Cassius, anno ab urbe cōdita 720 Agrippa cum Aedilis esset, iudiciarios Romę exules fecit, quod postea iteravit Vitellius, ut refer Xiphilinus ex Dione, & multō ante Cornelius Hispalus in Popilio, & Caio Ennio Calphurnio Consulibus publico edicto præstigiatores eiecit, ne mores corrumpereentur. Sic attestante Maximo. In hos sic invehitur Isaias; *Stā cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficorum tuorum: si profint tibi; stent, & salutēt ter augures celi, qui contemplantur sydera, ecce facti sunt quasi stipula, & ignis combussit eos. non liberabunt animam suam de manu flammę.*

Lib. de pere-  
grina re-  
ligione.  
Cap. 27.

Restat Planetarum influxus, quibus Lamblicus plenissimē satisfacit; *An ex Deorum collegio (inquit) non nullos beneficos, malignos alios nominare fas sit? à mathematicis iudiciarijs opinio olim fuit, sortem syderis, quę de celo veniat, augurantibus: sed tota errant via veritatis, longe enim habet & res, & natura rerum, quippe universi divinitas calorū, & vñ omnes boni- cum sint, iidem, & bonorum auctores sunt, unde actio illorū constans & permanens est, nec carent culpa iidem qui celestibus corporibus manna vendicant, siquid igitur obest tabificum, & carens commensuratione, id totum accidit ex perversione receptaculorum variante, & materiali, & partibili.* Hoc etiam usque ad ultima fundamenta debellavit Cardanus, ac subtilissimus Picomirandulanus.

Fateor tamen, quod inter illustriora, ac mirabilia opera ex quibus natura summa energia perfectionis, ac sapientię ostētationem gmulatur, in hoc existit mirabilior, quod in imparibus patrantur opera mirabilia, ut tamen si ad rationes numerorum attendimus, & rebus inenambimus, auctorem naturam invenimus; unitas enim propē est divina, inquit Plato, quia naturā fovet, dualitas autem insaulta, quia naturam dividit; sic perinde est; ut tamen unitas, & colligantia rerum dat esse, & entitatem numero; & contrā ratio separationis.

Sin minus dicāt, quęso, quod nam est prius? res ipsę, an numerus? respondent sine dubio quod saltim prioritate naturę res ipsę antecunt, cum numerus resulet post rerum entitatem, & existentiam, ut accidens, qui sequitur substantiam, ut nos docuerunt Conimbricenses: ratio autem perfectionis est rerum propria, ac maris, & scemine  
mcta.

metaphoricam induit similitudinem, & non veram entitatem.

Faciet demum facis Christiana responsio illustrissimi Maximiliani II. Imperatoris Augusti ad gratulationem cuiusdam nobilissimi Proceres inter Europæos, cum ei per litteras, excellentissimus iste princeps gratularetur, de anno climacterico secundis rebus exacto, hoc ergo tulit responsum; *Omnes vitæ annos semper sibi fuisse climacos. ac sui conseruationem referre ad unicam Dei providentiam, quam celebrare solebat illo solemni dicto, Dominus providebit.*

*Dialogo Atlanticus* Quam grati, dicebat Plato, longū post iter defesso requies, tā mihi post lōgas disputationis ambages dulce silentiū. Deū ergo obsecro ut si quid decenter dictum est, seruet, sin autē, indecens quidquā in superioribus non sponte protulimus, meritas a nobis pœnas exigit. Debita vero eius, qui per ignorantiam, negligentiam, ve aberravit, pœna est, ut sciens efficiatur ac diligens.

*Epist. III.* Venia debetur supplicii, si minus attento, quō suo Lucidio dicebat Seneca; *Nimis anxium esse te circa verba, & compositionem esse nolo, habeo maiora, quæ cures, quere quid scribas, non que modum; & non ut scribas, sed ut sentias, cuius orationem videris sollicitam. & politam scito animi pusilli esse occupatum; nam magnus securus loquitur ea quæ plus habent fiduciæ, quàm curæ, nam oratio vultus animi est. Vt nam cedat omnia in laudem Sanctissimæ, & individuae Trinitatis; ac Beatissimæ Deiparæ Virginis Mariæ sine peccato originali cōceptæ; quæ omnia sub correctione Ecclesiæ & sapientium virorum prolata volumus.*

F I N I S.



